



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamen Illustrissimi ac Reverendissimi P. Mag. Fr.  
Gabrielis Adarzo de Santander, Episcopi Viglevanensis,  
Ad Interrogata respondens Circa Exclusivam, quandoque  
à Principibus interpositam, ne ...**

**Adarzo, Gabriel**

**Francofurti, 1660**

An admissâ Exclusivâ Electio futura sit juxta Concilium Tridentinum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10517**

gnior, supposito quòd exclusi revera non erant digni  
eligi in his circumstantijs temporum, ut dixi agendo  
de præsenti indigentia & necessitate Ecclesiæ.

*Objicitur Exclusiva, quòd cā admissā Ele-  
ctio non erit juxta Sacrum Concilium  
Tridentinum.*

**O**bjicitur quartò , Sac. Concilium Tridentinum 56  
*Ioſ. 24. de Reformat. cap. i* præcipit Electoribus ec-  
clesiasticis, ne in Electionibus ferantur precibus, aut  
humano affectu, ibi , *quos digniores vel Ecclesiæ magis uti-  
les judicaverint, non ovidem precibus, sed eorum exigentibus  
meritis* &c. sed si Eminentissimi Electores admittunt  
& fovent Exclusivam à Principe interpositam , fit  
consequens , quòd in electione ferantur humano  
affectu & precibus Principis Exclusivam dantis;  
Ergo.

Respondeo ideo Concilium prohibere Electro- 57  
ribus, ne precibus aut humano affectu ferantur in  
electionibus , ut faciliūs & expeditiūs possint suf-  
fragium ferre habitā ratione majoris meriti , peror-  
dinem ad utilitatem Ecclesiæ : Exclusiva autem , ut  
sæpè dixi sectione præcedenti, non agit positivè de  
electione , sed de præambulo ad eam , nempè de  
P mani-

♦ (115) ♦

manifestatione & apertione indignitatis occultæ aliquujus. Nec preces Principis in eum finem diriguntur ut aliquis eligatur determinatè , sed solum resipi- ciunt , ut determinatè indignus non eligatur; Et ad hoc manifestat Electoribus indignitatem ejus laten- tem. Quare non dubitaverim dicere, quòd Exclusiva inservit, & facit pro intento & mente Concilij , qua- tenus juvat , ut Electores habeant perfectam & ve- ram notitiam de dignis, quod facit removendo ab eis ignorantiam de indignitate occulta alicujus personæ, quod potest dici adjutorium negativum , pro subse- quenti electione de meliori , quod Sacri Canones, & Concilium exoptant. Ex quo videtur dicendum quòd Electores Eminentissimi teneantur ex- cipere Exclusivam ante electionem , ut ser- vare possint in electione ipsa , quod Concilium Tridentinum in- jungit.

♦ (0) ♦  
♦

§. IX.